



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ferdinandus I. n. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

CLASSIS I.

AB IMPERATORIBVS.

1. **A** CAROLO V. Inuidiosissimo Cesare qui cum à B. Borgia Societas à
 inuiseretur, & calumnias aduersus Societatem sparsas ab Carolo V.
 eo manifeste refutatas videret, sensim contra delatores accensus, & stimat.
 militari illo recalescente spiritu, fronte sibi manu repente percussa ex-
 clamauit: Ergo mihi mentiuntur? Alia multa de secessu suo, vi-
 teque asperitate disseruit cum Borgia Cesar, eumque post tres dies
 abeuntem iussit sepe ad se redire: dictuque facile non est, quantam
 hæc Caroli humanitas vulgo cognita, & sermonibus celebrata sere-
 nitatem & laudem rebus Societatis attulerit. Ita Par. 2. Hist. Societ.
 lib. 1. num. 115. Et postea, eundem Borgiam Sanctissimum in Te-
 stamenti sui Procuratoribus Cesar idem scripsit. Quam rem pro ma-
 gna commendatione, & Borgia & Societatis fama celebravit. Sic
 ibidem lib. 2. num. 134. Qui tandem Imperator benignissimus, Se Cui se ad-
 Societatis Adiutorem futurum, eidem B. Borgia inter alia mul- iuotem
 ta promisit, ut refertur in Eius Vita per P. Eusebium scripta lib. 2. pollicetur.
 cap. 19.

2. **A** FERDINANDO I. Cuius benignitas in Societatem tanta Pecunijs,
 fuit, ut cum in Styriam iter haberet, priusquam Vienna discederet, & fauori-
 Collegij nostri memor, certa pecunie Summa ei quotannis nulla in- bus aucta à
 teriecta mora numeraretur suis administris, & ijs qui à Consilijs Ferdinan-
 erant graui oratione mandauit. Viennam mox reuersus, cum cogno- do.
 uisset desiderari Collegio ad Sacerdotales amictus, arasque conue-
 stiendas suppellectilem Sacre Vestis, eam sane lautam atque magnifi-
 cam dono misit. Interiecto dierum spatio tota fere cum Curia Colle-
 gium ipsum, haud obscura suæ erga nos voluntatis, humanitatisque
 significatione conuisit; domum comiter intrauit, & vniuersam in-
 spexit; suis illico sumptibus muniendam, & concinnandam curauit.
 Ita Par. 1. Hist. Societ. lib. 11. num. 42. Cuius etiam Imperatoris,
 tunc Regis Romanorum in Societatem tanta pietas, & liberalitas,

Nō

ut

vt ex eo tempore, quamdiu vixit Romano Collegio quadringentos singulis annis aureos nummos perbenigne donarit. Nec pia tanti Principis in commendanda suis, & Ignatio, & Pontifici literis re Bohemica desiderata sedulitas est. Nec Prouinciam tam indigam opis, aiebat, ac prope depositam, desertamque prorsus paterentur: sed paterna charitate complexi per Societatis homines subleuantur. Ita Ibidem lib. 15. num. 23.

Et desiderata Bohemia.

Nullum miseris temporibus presentius subsidium.

Eius Scholæ antidotum contra hæreses efficacissimum.

Sociorum opera quam utilis ad eas extirpandas.

AB EODEM fatente, Nullum presentius miseris hisce temporibus se inuenire subsidium, quam si huius Familiæ, nempe Societatis, Viros in terras quam plurimos auocaret. Hæc Par. 2. Hist. Societ. lib. 4. num. 64. Et in Germania, Antidotum contra Hæreses efficacissimum Scholæ à se nostras adhibitas esse, scribente. Ita in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 3. cap. 4. fol. 345. Et rursus testante: Sociorum sese operam ad extirpandas hæreses imprimis vtilem in sua Germania expertum, haud dubie talem in Belgio futuram. Sic Ibid. liter. ad Philip. 2. lib. 6. fol. 887. Tandem, vt literas, quæ cum Religione diffugerant, pius admodum Imperator, reuocaret, euocauit nos primum ad Viennensem Academiam, è qua totos annos viginti constabat, neminem sacris initiatum prodixisse: deinde etiam ad Pragensem. Ita Ibid. lib. 3. Orat. 5. fol. 439.

Litera ad Pontificem in Societatis commendationem.

Qua ab Apost. Sede, ac Principibus colitur, ac amatur.

Et ab Hæreticis detestatur.

3. A MARIA Augusta Maximiliani Cesaris coniuge meritißima, quæ incomparabilis, & munificentie, & deuotionis, & prudentie Imperatrix fuit, literis ad SS. Pontificem Clementem VIII. datis Martii 14. Nouemb. ann. 1598 in hæc verba. Beatissime Pater, experta & in Germania, & in Hispania cum animi magna consolatione, quantum Religio Societatis IESV Deo, & eius Ecclesiæ deseruit, obligor ex intimo corde concupiscere, & adniti eius conseruationem, & augmentum, præsertim cum videam eam à sancta illa sua, & Apostolica Sede, à Catholicis Principibus tantopere coli, & adamari, quantum eam Hæretici & Pontificiæ Cathedræ omnes hostes detestantur: persuasum enim habeo tales fauores necessarios esse, vt fructus laborum, quos suscipit, crescat, & mercedis, atque præmij